



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

5. De causis, & effectibus Amoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

Cap. V.

De causis, & effectibus Amoris.

PRIMO

STHAI.2

g1.2.

QURERUTURitur, Quæ res amorem gignat, & excitant. Respondeo, In vniuersum quicquid est bonum, sui amorem in animis ingenerat. Speciarum vero que sunt vtilia, commoda, & salutaria amare solemus: Item que succunda, sua- uia, grata, & placida: que itidem honesta, que pulchra, que sunt nobis similia: insuper que nobis aliquo nexo, & vinculo necessitudinis coniuncta. Postremo eos, a quibus accepimus beneficia, vel accepturos nos esse speramus: vnde benemeritos de nobis, vel de nostris, amore profequimur.

SECURDO QURERUTURitur, Qui sint amoris effectus? Sanctus Thomas plurimos enumerat, sed inter eos quatuor potissimum. **PRIMO**

STHAI.2

g1.2.

Amor, si res amata habeatur, cor & animum voluptate quadam emollit; ita ut animus mollis, tener, & flexibilis effectus, facile sequatur, quod ducitur. Vnde amore rei amata præcordia, & viscera liquefunt, animus fit paratus, promptus & expeditus ad officia, & obsequia in eum quem amat: hinc amantis prompta obedientia in his omnibus, que ad eum, quem amat, spectant: hinc amans se de- dit, addicit, & obstringit officijs eius, quem amat. Item si res amata sit præsens, parit Amor lætitiam: & hanc pleraque alia effecta comitantur. Deinde si res amata absit, gignit Amor in amante tristitiam ob rei amata absentiam, que dicitur languor animi: hac enim tristitia reddit animum amantis sollicitum, & anxium: generat quoq; inflammatum, accensum, & vehemens desiderium rem amatam, que nondum adest, videndi, & consequendi, & hoc desiderium vocatur feruor. **DEMUN** in praesentia rei amata cor se dilatat, pandit, ac porrigit, quasi velit, & cupiat intra se rem amatam excipere, & complecti.

PRAZER idem S. Thomas alios quatuor amo- ris effectus recenset. **A**mor (inquit) voluntates, & animos amantium coniungit, & copulat & ideo generat amicitias, concordiam, pacem: **E**x quo efficitur, ut amor sit maximè liberalis, omnia enim bona, cù amico, & persona amata com- municat: omnia cordis arcanæ, & occulta amico pandit, & aperit. **DEINDE** (ait S. Thomas) gignit amor aliquando extasim: porro extasis est mentis, & excessus, quo animus quasi extra se abiens totus in re amata inhærescit, ac fugit ut nihil de se cogitat, sibi non prospicit, ut amico consilat: vnde amor cæcus depingitur. Quidam ad insperatum amicorum cōspectum mente excessisse me- morantur. Hinc illa Proverbia: **A**ninus aman- tis magis est, vbi amat, quam vbi animat. Item & illud, **A**mans vivit, vbi non est: moritur vbi est. Item illud; **A**micus alter ego. & illud, **A**micus dimidium animæ meæ. Ad hæc Amor gignit zelum: zelus autem est actus, quo quis indignatur, aut contrastatur, eo quod aliis potius bono, quod ipse cōcupierit. Insuper optat amans in amatum mutari: cupit pro amico mori; ardet, vritat, astutus; modo feruet, modo friget, nescit loco cōfittere. Item Amor premit, cruciat, exagit, stimulat, & vrget. **V**ltimò his addo, Amorem esse mollem, ac tenuerum, lenem, mitem, dulcem, na-

turæ calidæ, & humida, aërea, & sanguinea, te- ste eodem sancto Thoma. Et hinc est, ut amorem iij, qui sunt calidi faciliè concipient: tum etiam loco, tempore, & alijs calidis facilius amor excitatur. Sed plerique calidorum levibus de causis amorem deponunt; partim, quia facilè offendunt: partim quod subeunt affectus alijs velut spinæ, qui amorem præfocent ira, inuidia, ar- rogantia, superbia: partim quod facilè transeunt ad alios amores, qui priores excutiunt. Quod si sanguis sit tenuis, & spiritus rari, extinguitur amor veluti leui motu flamma in leui materia con- cepta. Sin vero sit materia densior, & firmior, nec facile mutationibus cedens, tunc amor vali- diffimè dominatur semel accensus, minus offendunt temperati, & sanguinei, amorem diutius, & fidelius conservant: priores sunt veluti stup- hi vero sicuti ligna; impetus quidem in illis ma- jor est, in his perseverantia. Frigidè lentiùs amat, & segnius. Sed in eis si semel amor inualuerit, a- mant firmius, & constantius.

Cap. VI.

De Fauore.

PROXIMUS

STHAI.2

g1.2.

Amoris fauore est, qui ex boni alicuius iudicio nascitur. Et est quædam benevolentia; ita ut nullus sit amor absque fauore: fauor autem esse aliquis sine amore possit: Nam interdum alicui, quem nō amamus, cupimus bene- factum: fauor cum amore fortior est, & diuturnior; sine illo breuior, & leuior: Et sicut fauore linguis, est vocibus benè precari, sic fauore animo est bene optare, & cupere: simplicibus & inno- cētibus fauemus: pueris fauetur ab omnibus; immò mutis etiam animantibus in ea ætate fauemus: lupis enim, & leonibus parvulis, & vulpe- culis parcimus, atq; bladimur. **C**aufæ omnes, que ad amorem, ad fauorem quoque valent; fauemus illi, de quo benè sentimus, & quem dignum re aliqua bona censemus. Oritur etiam fauor ex mi- sericordia, ut cù quis est ab alio iniuria affectus, qua dignus non est, cupimus id detrimenti, alia in re si fieri queat, refarciri. Fauor cum non est a- more fultus, leuissimè de causis tollitur: quod iudiciū de dignitate temere est, & exigua de cau- sa suscepimus, leuissimè quoque déponitur. Eo ci- tiv fauor subtrahitur, quod in eo ineft aliiquid, vel damni, vel periculi, vel molestiae. Cui pretio inducit fauemus, huic vel perfoluto pretio tāquam sublata causa fauore definimus, vel non perfolu- to indignamur. Si cui odio vel inuidia alterius fa- nemus, recedenti illo animi motu languefit fa- uor.

Cap. VII.

De Veneratione, seu Reverentia.

Veneratio oritur, ac surgit ex iudicio, quo magnum, & excelsum bonum in alio esse cognoscimus; & quod bonum nobis non nocet, nam si nocere, aut nocituru iudicemus, illud me- tuimus, non veneramur. Habet nihilominus omnis veneratio aliquid metus, seu potius pudoris admistum, est enim veluti animi compressio, & cōtractio ex cogitatione magnitudinis bona, au- terre nobis innoxia. Posita est veneratio in con-